

cognitione: quia cum simulas cognitionis debeat fundari in aliqua extremorum similitudine reali: ideo esse simul natura est fundamentum similitudinis cognitionis.

4. Notan.

Quarto notandum: quod licet, tam relatio, quam relatiuum, ut sic, possint alia cognitione cognosci: Aristoteles tamen in hac proprietate intelligit de diffinitiva cognitione explicante rationem realem relatiui ad aliud sub ratione puri termini terminatam. Vnde hæc consequentia: pater est; id est, existit; ergo filius est; hoc est, existit: non tenet, nec est necessaria, sed contingens: quia singularis existentia accidit relatiuis, quatenus referuntur: nam essentia cuiuslibet entis ab existentia abstrahit singulari: tenet autem, si, ly, est, sumatur prout ipsorum relatorum essentiam dicit.

1. Conclus.

Dicendum primo. Si relatiua sub suis relationibus sumantur, proprium est illis ad conuertentiam dici: quæ proprietatis si strictè sumatur, pro hoc, quod est dici cum implicatione alterius per modum termini importati, est proprietatis quarto modo relatiuo prædicamentali: huius enim proprium est habere totum suum esse in ordine ad terminum. Si autem large sumatur, pro eo, quod est importare alterum, siue per modum termini, siue per modum obiecti, vel principij, est proprietatis relatiuorum etiam transcendentium. Probatur per omnia relatiua discurrendo: simile est similis simile: pater est filij pater: & filius patris filius: scientia est scibilis scientia: & scibile est scientiæ scibile. Et sic de alijs suo modo: dum modo conuertentia cum primario, & principali correlatiuo fiat.

2. Conclus.

Dicendum secundo. Si relatiua etiam sub relationibus suis considerentur; proprium est omnibus quarto modo esse simul natura; eo modo, quo similitudinem naturæ relatio habere postulat. Hæc quoad relatiua mutua est communis, & expressa Doct. in præsentibus, & in primo dist. 28. q. 3. S. ad quæstionem istam. Nam talia posita seponunt, & perempta sepe implicant: & implicat vnum in aliquo priori esse sine termino, à quo, dependet: ergo necessario sunt simul natura.

De relatiuis autem non mutuis probatur contra dominum Tatarum, qui in hoc capite tenet de istis duabus proprietatibus non esse propria quarto modo, & contra Patrem Valerium, & alios oppositum tuentes: posita scientia, & scibili sub sua relatione rationis, implicat non esse simul: ita ut nec scientia possit esse sine scibili; nec scibile sine scientia: quia sicut scibile est terminus relationis scientiæ, sic scientia est terminus relationis scibilis: ergo necessario sunt simul natura: ut relatiua sunt. Aduerte tamen: quod, ut relatiua non mutua simul natura dicantur; sufficit, ut relatio scientiæ non possit esse sine scibili: licet contra relatio in scibili non resultet: & in hoc sensu simulas realis naturæ est proprium illis: nam quando scibile actu ad scientiam referatur, potius habet similitudinem rationis.

Nota.

Dices: oppositum docet Doctor in littera, ut patet.

Respondeo: Doctorem tantum velle hanc proprietatem non æque perfecte his relatiuis co-

uenire: sicut accidit in omni proprio generico respectu specierum. Vnde, quia hæc relatiua non mutua non sunt æque perfecte simul natura: sicut sunt relatiua mutua: ideo ait: non oportet, quod sint simul natura: in quo sensu intelligitur tertium argumentum, & reliqua, quæ conficit Aristot. contra istam partem conclusionis: non enim aliud probant: quia implicat relatiuum esse sine termino; & terminum, ut terminum, esse sine relatiuo: quia relatio est essentialiter habitudo vnus ad aliud.

Dicendum tertio. Relatiua dicuntur etiam simul cognitione diffinitiva: itaque ut vnum relatiuum diffinitiuè cognoscatur; necesse est, ut eius terminus, in ratione termini, & non correlatiui, cognoscatur. Probatur ex Aristot. dicente: qui diffinitiuè nouerit vnum relatiuorum, diffinitiuè noscet & reliquum: nam secundum Doct. in quarto dist. 12. quæst. 1. littera L. diffinitio exprimit conceptum perfectum, & quietatiuum: ergo diffinitio vnus relatiui debet includere terminum: ergo relatiuum, & terminus simul cognoscuntur. Et de hac similitudine philosophandum est: sicut de similitudine naturæ diximus.

3. Conclus.

Dicendum quarto. Relatiua concipiuntur eodem actu concipiendi, quo quidem actu concipitur in recto natura vnus relatiui, & in obliquo ac secundo alterum illi correspondens: hæc est Francisci de Maironis in sua Logica passu 37. probatur: Relatiuum cognoscitur diffinitiuè, prout in se est: sed, ut sic, dicitur habitudinem ad terminum, & includit terminum in conceptu suo quietatiuo seu diffinitiuo: ergo talis cognitio diffinitiva etiam includit terminum, saltem in obliquo: vide Leuchetum in 2. dist. 1. quæst. 5. in solutione ad Ochamum, de quo statim.

4. Conclus.

QVÆST. III.

Verum in diffinitione vnus relatiui necessarium sit ponere suum correlatiuum?

Ex his ergo manifestum est, quod si quis aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid diffinitiuè sciet, & illud, ad quod dicitur, diffinitiuè sciturus est: quoniam eorum esse, quæ sunt ad aliquid, &c. Cap. eodem.



VAERITVR: verum in diffinitione vnus relatiui necessarium sit ponere suum correlatiuum? Quod non videtur: quia omne ponendum in diffinitione est prius, & notius, & genus, vel diffinitiuè.

differentia respectu diffinitiuè: sed respectu relatiui diffinitiuè, nullo istorum modorum se habet suum correlatiuum: ergo, &c. minor patet quoad duo prima membra per argumentum ad oppositum ad præcedentem quæstionem.

Item, omnis diffinitio indicat essentiam diffinitiuè: sed vnum relatiuum non est de essentia alterius: quia relatiui esse est ad aliud se habere: aliud autem dicit diuersitatem essentialem: igitur, &c.

Item, in diffinitione vnus oppositi non debet poni alterum: relatiua sunt opposita: ergo, &c. probatio maioris: tum, quia ad omnia opposita sequuntur contradictoria: & in diffinitione vnus contradictorius non debet poni alterum: ergo nec in alijs oppositis: consequentia patet: quia ad cuius diffinitionem non pertinet consequens; nec antecedens. Tum, quia quælibet pars diffinitionis potest prædicari de eo, de quo & diffinitiuè prædicatur, per Aristot. in consideratione tertia secundi libri Topicorum: ergo si in diffinitione vnus oppositi poneretur alterum: duo opposita prædicarentur de eodem: quod est inconueniens. Minor patet in illo capitulo: quotiens autem solet opponi: ubi Aristot. enumerat vnã speciem oppositionis, relatiuam oppositionem: & exemplificat, ut duplum, dimidium; dans intelligi, quod hoc sequitur in omnibus relatiuis.

Text. 2. & 3.

In post prædicamentis

Si dicatur, maiorem esse veram tantum in alijs oppositis à relatiuis.

Contra: contraria & contradictoria sunt relatiue opposita: quia contrarium dicitur contrario contrarium: igitur si vnum contrarium non diffiniatur per alterum; non omne relatiuum diffinitiuè per suum correlatiuum.

Text. com. 13. & 24.

Item, omnis differentia secundum speciem est contrarietas, secundum Aristot. in decimo Metaphy. Sed relatiue opposita differunt specie: igitur sunt contraria: igitur si maior sit vera de contrarijs; & de relatiue oppositis erit vera.

Text. com. 28.

Item, idem significat nomen, & diffinitio, per Aristot. in quarto Metaphy. sed nomen relatiui non significat suum correlatiuum: quia tunc esset nugatio, exprimendo vnum cum alio: igitur nec in diffinitione debet poni reliquum.

Item, aliqua est bona diffinitio relatiui, ubi non ponitur suum correlatiuum:

ut hæc: species est, quæ prædicatur de pluribus differentiis numero, &c. ubi non ponitur genus, ad quod dicitur species relatiue: igitur non semper oportet relatiuum diffini per suum correlatiuum.

Item, omnes rationes factæ ad præcedentem quæstionem, quæ probant vnum relatiuum posse esse sine altero, probant vnum non esse diffiniendum per alterum: nihil enim diffinitur per illud, sine quo potest esse.

Ad oppositum est Porphyrius in capitulo de specie dicens: quod genus dicitur ad speciem; & e conuerso: ideo necesse est, in vtrorumque rationibus, vtriusque vti.

Item, Aristot. hic dicit: quod impossibile est vnum relatiuum diffinitiuè cognosci; nisi cognoscatur alterum: sed quodlibet incomplexum diffinitiuè cognoscitur: cum cognoscatur per suam diffinitionem: igitur impossibile est vnum relatiuum cognosci per suam diffinitionem: nisi cognito altero: igitur vnum necessario est ponendum in diffinitione alterius.

Hoc potest concedi: quia esse essentialiter relatiui cit ad aliud se habere: diffinitio autem indicat esse essentialiter diffinitiuè: igitur diffinitio relatiui debet indicare suum esse se habere ad aliud: quod non potest, nisi in ea ponatur correlatiuum ipsius diffinitiuè: igitur, &c.

Illud autem verum est non tantum de relatiuis mutuo dependentibus: sed de quibuscunque, quæ essentialiter dependent ad alia, quod illa alia ponenda sunt in eorum diffinitione: sed non mutuo se diffiniunt, nisi quæ mutuo ad inuicem per se dependent: quod non est verum de relatiuis per accidens; neque de relatiuis tertio modo relatis: ut mensura & mensurabile: neque de relatiuis secundum genus.

Ad primam rationem: maior est vera de diffinitione, quæ datur tantummodo per essentialia: cuiusmodi est diffinitio substantiæ, vel ad minus absoluti; non respectiuè: quia enim respectiuè essentialiter mutuo dependent: ideo mutuo se diffiniunt: licet neutrum sit prius altero.

Ad secundam maior est vera tantum de diffinitione, quæ datur sine addimento, cuiusmodi non est diffinitio relati-

latius, neque alicuius accidentis; tamen in diffinitionibus aliquorum accidentium tantum additur subiectum præter essentialiam diffiniti: in diffinitionibus relationalium est subiectum, & correlatiuum: & hoc, quia relatiuum ad plura dependet, quam aliud accidens, quod dicitur absolute.

Ad tertium potest negari maior de relatiuis, & contrarijs, traſumptiue dictis, & priuatiue oppositis: quia in his omnibus poſſibile est vnum oppoſitum diffiniri per alterum.

Ad primam probationem maioris, forma argumenti non valet: patet in alijs: ad ſubſtantiam ſequitur non qualitas: & ad diffinitionem hominis nõ pertinet non qualitas: ergo non ſubſtantia, non valet. Neque illa regula ſumpta; ſci licet, ad cuius diffinitionem non pertinet conſequens; nec antecedens, vera est, niſi de conſequentia ſuperioris, & inferioris in eodem genere: qualis conſequentia non est inter contradictorie oppoſita, & relatiua: quia negatio ex parte contradictoriorum non est ſuperius in genere ad alterum relatiuum: ſicut non pater non est ſuperius ad filium.

Ad aliam probationem potest dici: quod omnis pars diffinitionis, eo modo, quo ponitur in diffinitione, potest prædicari de diffinito, & ita vnum relatiue oppoſitum non ponitur in diffinitione ſui correlatiui in recto, ſecundum quod ei oppoſitur: ſed in obliquo, vt huius, vel huic: & ſic de eo prædicatur, licet enim pater non ſit filius, eſt tamen filij. Potest etiam negari minor: quia non omnia relatiua ſunt relatiue oppoſita: ſed tantummodo ſiambo, oppoſito modo, ſu mantur reſpectu eiufdem.

Ad Quartum maior eſt vera de diffinitione ſubſtantie, quæ datur tantum per essentialia.

Contra: ſaltem ſi relatiuum diffiniatur per correlatiuum, oportet correlatiuum ſaltem eſſe de intellectu relatiui: quia nihil diffinitur per aliquod, ſine quo poteſt complete intelligi: ſed conſe quens eſt falſum: quia pari ratione daretur ſuum correlatiuum intelligi, quando exprimeretur cum eo: & tunc eſſet negatio: quia idem bis diceretur.

Dicitur: quod relatiuum, quando exprimitur cum ſuo correlatiuo, non amplius intelligitur per ipſum: licet detur

intelligi, quando non exprimitur: quod videtur Ariſtot. innuere, vbi dicit: quod in relatiuis non eſt dandum idem ſignificari; id eſt, dari intelligi per ipſa relatiua relata ſeparata, & per ipſa vnita cum ſuis correlatiuis: & per hoc docet vitare negationem in alijs.

Contra: quæro de nomine impoſito vni relatiuo: ſi dat intelligi aliud correlatiuum: aut hoc eſt ex impoſitione, aut à natura, ſiue ſic; ſiue ſic: ſequitur; quod nõ ſit variatio circa ipſum ſumptum absolute, & iunctum alijs correlatiuo quoad alrerum iſtorum: nec etiam erit variatio ad ipſum effectum, quin æqualiter ſemper detur correlatiuum intelligi.

Item, correlatiuum non datur intelligi per hanc vocem ſui correlatiui; niſi per hoc, quod relatiuum ſignificatur per eam: ſed circa hanc cauſam non eſt variatio; quin hoc relatiuum vniformiter ſignificetur: ſiue exprimat aliud eum eo, ſiue non: ergo nec erit variatio quoad hoc, quod aliud relatiuum detur intelligi.

Ad primum iſtorum dicitur: quod vox impoſita ad ſignificandum vnum relatiuum nullo modo eſt ſignum alterius, neque à natura, neque ad placitum: ſed quia relatiuum, quod per ipſam ſignificatur, non poteſt intelligi ſine ſuo correlatiuo: ideo oportet, intellecto iſto correlatiuo, per hanc vocem correlatiuum eiufdem intelligi quod ſit, quando aliud correlatiuum per aliam vocem exprimitur: & etiam quando nõ exprimitur: ſed non quia hæc vox aliquo modo ſit ſignũ illius. Vnde concedo, ex parte vocis ſignificantis nullam accidere variationem, expreſſo correlatiuo; vel non: neque ex parte eius, quod ſignificatur per vocem: quoniam ſemper ad eius intellectum oportet correlatiuum intelligi, ſed ſola variatio eſt ex hoc, quod correlatiuum expreſſum, vel non expreſſum per propriam vocem datur intelligi per hoc relatiuum: & illa diuerſitas eſt valde accidentalis relatiuis.

Ad ſecundum patet: quia per hanc vocem impoſitam relatiuo nullo modo datur intelligi correlatiuum, ſed per ipſum, cui hæc vox impoſitur, intelligitur aliud correlatiuum: quandoque expreſſum per ipſam vocem, quandoque non expreſſum.

Contra hoc: quidquid eſt ſignum ſigni eſt

eſt ſignum ſignati: ſed hæc vox impoſita huic relatiuo eſt ſignum huius relatiui: & hoc relatiuum eſt ſignum correlatiui: igitur hæc vox impoſita huic relatiuo eſt ſignum ſui correlatiui: licet non immediatum.

Ad hoc dicitur: quod maior eſt vera, quidquid eſt ſignum ſigni eſt ſignum ſignati: ita quod ſignum inter medium non varietur ad in, comparatione ad primum ſignum, & vltimum ſignatum: quod non accidit in propoſito: quia extraneum eſt relatiuo; in quantum dat intelligere ſuum correlatiuum, ſignificari per hanc vocem: & e conuerſo.

Ad quintum dicitur: quod eiufdem poſſunt eſſe multa per ſe relatiua, & ſecundum hoc poteſt eſſe alia diffinitio conueniens: vbi ponitur vnum correlatiuum: quamvis non ponatur reliquum.

Summa textus.

EX vera Relatiuorum diffinitione, poſt duarum verarum proprietatem deductionem; quæ ſunt dictæ ad conuenientiã; & eſſe ſimul natura; deducit Photophus; tanquam correlatiuum verum; ſi quis diffinitione nouerit vnum relatiuum; diffinitione noſcet & reliquum: Propter quod Subtilis Doctõr tanquam verus Ariſtotelicus ſui magiſtri veſtigia ſectans; poſtquam de ipſa diffinitione, & relatiuorum proprietatibus diſſeruit; de ipſo correlatiuo diſſerit inquirens: an in diffinitione vnus relatiui neceſſarium ſit ponere ſuum correlatiuum? Partem negatiuam, quinque ſatis claris rationibus ſuadere nititur: quibus non obſtantibus.

1. Concluſ.

Dicit primò. In diffinitione vnus relatiui neceſſarium eſt ſuum correlatiuum ponere. Hanc duabus auctoritatibus Porphyrij, & Ariſtotelis probat, quæ habentur ibi: ad oppoſitum eſt Porphyrij: deinde ratione: quia eſſe eſſentiale relatiui eſt ad aliud ſe habere: igitur diffinitio relatiui debet indicare ſuum eſſe ſe habere ad aliud: quod non poteſt facere; niſi in ea ipſius diffiniti correlatiuum ponatur.

2. Concluſ.

Secundò dicit: quamvis præcedens concluſio de omnibus relatiuis, tam mutuis, quam non mutuis, ſit vera: niſi in omni relatiua mutua mutuo ſe diffiniunt: non mutua vero nequaquam. Hanc nõ probat: ſed eam ex dictis, vt probatam præſupponit.

Tandem ad argumenta reſpondet: ad primũ ſecundum, & quartum per illam diffinitionem de diffinitione quidditatiua ſimpliciter, & per additamentum: tenent enim de hac ſecunda. Ad tertium patet in textu: dummodo per contraria tranſumptiue, contraria large dicta intelligantur: ad reliqua patet in textu. Cæterum, quia in hac, & ſequenti quæſtione de relatiuis per ordi-

nem ad terminum agitur; de illis, ſecundum eandem ordinem, in nõtris articulis diſputabimus, vt ita huic prædicamento, cuiusque expoſitioni ſinem imponamus.

ARTIC. I.

An relatio poſſit eſſe ſine termino?

PRIMA ſententia fuit aliquorum; vt reſpondit Fr. alicuius de Multon in primo diſt. 26. quæſt. 6. afferentium partem affirmatiuam; quam probant primò, ſententia referunt ad ſeibile (aliqua relatione reali: ſed tale ſeibile aliquando non eſt: ergo datur relatio realis ſine termino reali.

4. Sentent.

1. Argum.

Secundò, Relatio, quæ eſt prædicamentum ſupremum, non habet terminum in communi: nam talis non datur: cum non ſit quid absolute, aut reſpectuum: ergo, &c.

2. Argum.

Tertio, productiuum, ſecundum Ariſt. referunt ad productum relatione reali: ſed poteſt eſſe productiuum in acta abſque producibili: vt patet de Deo, qui eſt Antichriſti productiuus: ergo datur relatio realis ſine termino reali. Et idem dicitur de materia prima reſpectu forme, quam non habet.

3. Argum.

Quarto, anima rationalis ſeparata habet naturalem inclinationem ad corpus: ſed talis inclinatio eſt relatio realis: igitur datur relatio in acta ſine termino in acta. Maior eſt Doctõr quodlib. 13. littera M. minor eſt certa: & conſequentia legitima: ergo.

4. Argum.

Quinto, omnis per ſe eſſe ſus dependet à ſua per ſe cauſa: ſed effectus cauſa finalis eſt à ſine, tanquam à per ſe cauſa: ergo eſt ab illo, quando actualiter cauſat: ſed tunc ſinis non eſt in actu: nam ideo quis ſimile poſitione amaram propter ſanitatem, quam nondum eſt ſignitur, &c.

5. Argum.

Confirmatur de actibus volendi, & intelligendi, qui realiter referuntur ad voſitum, & intellectum, quæ non ſunt: tum etiam de motu, in quo eſt realiter prius, & poſterius: & quando prius eſt poſterius non eſt: ergo.

Confirm.

Contraria tamen ſententia eſt communis cum Doctõre quinto Metaphyſi. quæſt. 11. & in primo diſt. 31. quæſt. 1. in quodlib. quæſt. 6. & 12. quem ſequuntur omnes Scotiſtæ ibidem: & in primo diſt. 28. quæſt. 3. vbi Bargius fol. 260. pro qua in memoriam reuocanda ſunt tres illæ conditiones ſupra ad relationem realem neceſſario requiſitæ: quibus notatis.

2. Sentent.

Dicendum: nulla relatio huius generis poteſt eſſe ſine ſuo termino in re exiſtente. Probatur primò, ſicut ſe habet relatio ad fundamentũ, ita ſe habet ad terminũ: ſed implicat dati relationem realem ſine fundamento in re: ergo & ſine termino in re. Maior eſt Doctõr. ſeptimo Metaph. q. 1. & in quarto diſt. 12. q. 1. & patet: quia relatio requirit neceſſario, cuius ſit, & ad quod ſit: cum ſit neceſſario habitudo vnus ad aliud: ergo.

Concluſio.

Secundò, quod intellectus non poteſt intelligere; natura non poteſt facere: ſed intellectus non poteſt intelligere relationem ſine termino: ergo

ergo nec natura potest hoc facere: maior patet: quia intellectus est virtus, magis sequestratiua, quam natura: minor patet ex dictis: ergo, &c.

Tertio, quia si relatio realis posset esse sine termino reali in re, tunc non esset relatio realis: quia talis est esse essentialiter habitudo vnus ad aliud.

Ad primū.

Ad argumenta: ad primum dicendum, quod quando scibile non est in actu, scientia refertur ad illud relatione rationis: & sic habet tunc terminum rationis.

Ad secundum.

Ad secundum dico: quod supremum genus relationis (& idem de quavis alia ratione siue generica, siue specifica relationis) habet terminum sibi adæquatam ad quem immediatè refertur; vt docet Doctor supra quæst. 1. ad tertiam rationem principalem: sicut enim ab omnibus fundamentis, prout in vnitatem proportionis conueniunt, abstrahitur fundamentum, seu relatiuū supremum, quod à supremo relationis realiter denominatur: sic ab omnibus terminis; prout eandem terminandi vnitatem proportionis habent; abstrahitur terminus in communi, qui supremum relationis terminat adæquatè ac immediate.

Ad tertium.

Ad tertium dico: quod aliud est esse productiuum, aliud esse producens: nam hoc est relatiuum in actu; & illud in potentia: quare productiuum solum relatione rationis ad producibile refertur.

Ad quartū.

Ad illud de materia prima, & ad quartum quod illæ relationes sunt transcendentales, & habent suos terminos: si sit relatio actualis; habet terminum actualem: etsi aptitudinalis, aptitudinalem.

Ad quintū.

Ad quintum dico: quod effectus, & causa referuntur eo modo, quo habent esse. Vnde, cum finis, quando mouet, habeat esse in apprehensione: idè tantum interuenit ibi relatio rationis: cum extrema non sint in actu: relatio, in quam, rationis large dicta; de qua vide Leuchetū quodlib. 13. fol. 60.

Ad confirmatōem.

Ad confirmationem respondeo: quod tales actus, si sint abstractiui, referuntur relatione rationis, & habet terminum actualem rationis: vt docet Doct. quodlib. 13. si sint intuitiui referuntur relatione reali ad terminum actu existentem: vt docet Doct. ibidem. Ad illud de motu dico: quod relatio illa non est prædicamentalis; sed datur, quod sit adhuc stat assertum: nam illa fundatur in motu priori, & terminatur ad motum posteriorem, prout mutato esse copulantur: & idè actu existere dicuntur.

ARTIC. II.

An terminus sit de quidditate relationis?

1. Argum.

Q UOD sic videtur primò, terminus ponitur in diffinitione relationis: ergo est de eius quidditate. Secundo sic: essentialior est comparatio relationis ad suum terminum, quam ad

suum fundamentum, patet: quia potest intelligi sine fundamento; sed non sine termino: sed relatio aspicit fundamentum in secundo modo: ergo terminum in primo: atque adeo est de eius quidditate.

2. Argum.

Tertio, essentialior est habitudo ad terminum, quam ad suum superius: sed includit superius in primo modo: ergo & terminum: assumptum patet: quia potest intelligi sine suo superiori, sed non sine termino.

Conclus.

Dicendum: terminus non est pars essentialis, aut quidditatiua relationis. Hæc est Doct. in præsentī in solutione ad secundum, & Francisci de Maironis in primo dist. 29. quæstione 5. Bargij dist. 28. quæst. 3. & probatur primò, terminus est extrinsecus relationi: ergo non est de eius quidditate.

Secundò, Relatio, & terminus sunt opposita: sed vnum oppositum non est de quidditate alterius: ergo.

Tertio: quia tunc creatio passiuæ esset perfectior creatione actiuæ: patet, quia creatio passiuæ includeret Deum, qui est eius terminus; & actiuæ includeret pro termino creaturam: ergo si terminus est de essentia relationis creatio passiuæ est perfectior creatione actiuæ.

Quartò, omne, quod est de quidditate vnus est formaliter in eo: sed terminus non est formaliter in relatione: ergo.

Quintò, terminus non est genus, aut differentia relationis: ergo non est de eius quidditate.

Ad primū.

Ad primum dico: quod terminus ponitur in diffinitione relationis; vt additum: sed ex hoc non dicitur esse absolute de eius essentia: dupliciter namque dicitur vnum esse de essentia alterius: vel pro eo, sine quo res intelligi non potest: vel quod sit pars essentialis: primo modo terminus dicitur per additum de essentia relationis: sed non secundo modo, vt conclusio procedit.

Ad secundum.

Ad secundum, iam supra respōsum est: nam licet vna habitudo sit relationi altera essentialior: terminus tamen, nec fundamentum sunt de illius habitudinis essentia.

Ad tertium.

Ad tertium nego maiorem: ad probationem dico, relationem non posse distinctè cognosci sine suo superiori: vel dic: illas duas habitudines esse diuersæ rationis: & idè non comparantur, &c.

ARTIC. III.

An terminus terminet relationem sub ratione absoluti, an relatiui?

I N termino cuiuslibet relationis duplex ratio reperitur: altera, quæ extrinsecè ipsam denominat terminum: sicut paries dicitur visus: altera vero, quæ est ratio formalis positiua, per quam ipsi terminare conuenit: vnde hic non querimus de priori ratione; cum nihil reale sit in ipso termino; sed in relatiuo ad ipsum terminato; sed inquirimus de secunda ratione, quæ

quæ ratio proxima terminandi dicitur: & cum talis sit aliquid absolutum, vel respectiuum necessario: idè merito dubitatur: an terminus terminet formaliter relationem sub ratione absoluti, vel respectiui: & hoc loquendo de relatione creata huius prædicamenti.

1. Sentent.

Prima in hac re sententia affirmat omnes relationes terminari ad aliud sub ratione relatiui realis, vel rationis: ita Caietan. prima parte quæstione 13. art. 7. Zumel ibidem, Deza in primo distinct. 31. quæst. 1. Suesanus quinto Metaphysic. quæst. 14. cap. 4. & Fonseca ibidem cap. 5. Et quæ communis apud neotericos Thomistas, quam probant.

1. Argum.

Primo, ex Philosopho diffiniēte relatiua per hoc, quod totum eorum esse est ad aliud se habere: vbi per ly, aliud, intelligit terminum, & perfectius intelligit relatiuum: ergo terminus sub ratione relatiui relationem terminat: antecedens patet in exemplis suis: ait enim, sicut totum suum esse serui est ad dominum: ita totum suum esse domini est ad seruum: aliter enim falsum esset Axioma illud, relatiua dici ad conuertentiam: & mutuo se ponunt; & destrunt: ergo.

Confirm.

Confirmatur: nā textus expresse dicit: quod dominus non dicitur ad seruum, & è contra, nisi sub ratione domini, seu serui: ergo non sub ratione absoluti, sed relatiui terminat.

2. Argum.

Secundò, si paternitas Petri non terminatur ad Paulum filium, vt filius est; sequeretur, quod Paulus prius natura sit Paulus, quam filius: cum substantia sit prior natura omni accidenti: & per consequens Petrus prius natura esset pater per paternitatem, quam habeat filium: quod est absurdum: ergo.

3. Argum.

Tertio, ille est terminus relationis, in ordinè ad quem diffinitur alterum relatiuum; & à quo pariter dependet: sed relatiuum diffinitur per correlatiuum formaliter sumptum; & ab eo, vt sic, dependet: ergo ad relatiuum, sub ratione relatiui terminatur: maior patet: nam pater est habens filium; & filius est habens patrem: ergo, &c.

4. Argum.

Quartò, arguit Rubius in hoc cap. quæst. 7. de relatiuis mutuis: nam de non mutuis nobiscum cum alijs Thomistis sentit: oppositio relatiua reperitur inter relatiua: vt relatiua sunt formaliter: ergo mutua relatio includit essentialiter mutua oppositionem relatiuam: sed mutua oppositio relatiua essentialiter includit vtranquè rationem referendi, & terminandi: ergo vtrumquè officium exercent relatiua per relationes: & non per fundamenta absoluta. Omnia (inquit) constant euidenter, præter minorem, quam non minus euidenter probat: mutua oppositio consistit in hoc, quod relatiua mutuo se respiciant; & relationes sint rationes mutuo se respiciendi: sed mutuo se respicere est, quodlibet respicere aliud; & ab eo respici: & hoc est terminare relationem eius: ergo euidenter est, quod in mutua oppositione includatur essentialiter vtrumquè officium referendi, & terminandi: & ex consequenti, quod relatiua vtrumquè exercent per relationes; & non per fundamenta:

quia per relationes, & non per fundamenta, oppositionem habent.

5. Argum.

Quintò, in relatiuis primi, & secundi modi eadem est ratio fundandi in vtroque extremo: ergo & terminandi; sed talis non potest esse nisi ipsa relatio, sicut de relationibus diuini iudicimus: ergo, &c.

6. Argum.

Sextò, si terminus, ad quem relatiuum formaliter refertur, est quid absolutum: ergo correlatiuum non est terminus formalis, tanquam id, ad quod refertur: atque adeo cum seruus referatur ad dominum; vt dominus est; dominus non esset formalis terminus serui, sed materialis, quod videtur falsum.

7. Argum.

Septimò, nam ex contraria sententia sequitur, Tum, Deum cadere sub ratione absoluta in diffinitione creaturæ: & tunc aliqua creatura naturaliter cognoscibilis remaneret naturaliter in cognoscibilis: vt patet de creatione passiuæ, & de relatione vniuersi ad Deum vltimum finem. Tum etiam, quod correlatiuum non necessario deberet esse in eodem genere cum eo, cuius est relatio: nam absolutum non est in genere relationis.

2. Sentent. Doctoris.

Secunda sententia asserit omnem relationem creatam, siue mutua, siue non mutua ad absolutum sui termini terminari: ita Doctor in primo dist. 26. quæst. 1. & dist. 30. quæst. 2. S. respondeo igitur ad primam quæstionem: ibidè omnes eius discipuli, quos sequuntur aliqui Thomista, quos citant Valera art. 3. quæst. 1. & Barnabas Gallego controuersi. 29.

1. Notand.

Pro cuius intelligentia notandum primo: quod in relatiuo, aliud est absolutum tantum: aliud relatio tantum, aliud relatio & absolutum simul: hoc vltimum dicitur relatiuum, & est id, quod refertur: relatio est ratio referendi, absolutum vero est ratio fundandi relationem; seu ipsum fundamentum: & idem in termino correlatiuo est philosophandum: aliud est enim esse terminum tantum: aliud esse correlatiuum tantum, aliud esse terminum correlatiuum simul. Terminus tantum dicit solum absolutum sub ratione proxima absoluta terminandi: vt correlatiuum tantum solum habet referri ad suum correlatiuum: & hoc accidit sibi; prout terminus est: vt autem est terminus, & correlatiuum simul, tunc & terminat; & refertur, sed terminare habet à ratione absoluta: referri vero à relatione. Et quod de termino absoluto diximus: idem de relatione suo modo, quando alteram fundat, seu terminat est dicendum.

2. Notand.

Secundo notandum: quod illa diuisio in relationem inferi, & in facto esse, de qua supra, tantum in secundo modo huius prædicamenti reperitur: inter quas sunt discrimina nonnulla: primū quod omnis relatio inferi est prior termino prioritate originis; cum sit via, & tendentia ad illum: at relatio in facto esse est posterior termino: nā postro fundamento, & termino, causatur. Secundum: relatio inferi est ratio producendi terminum: sed relatio in facto esse nequaquam. Tertium, relatio inferi non præsupponit absolutum sui termini, vt diffiniatur: sed diffinitur per hoc; quod sit via, & tendentia ad illum, vt habet esse per